

16

et w.  
EXERCITATIO

De  
**MODĒSTIA**



Superiorum  
in Academia Lipsiensi  
consensu  
P. P.

à  
**M. FRIDRICO GEISLERO,**

Reusendorffensio Silesio

&  
**DANIEL MULLERO,** Theumâ - Varisco.  
Philos. Baccal.

19. Septembr. 1663. H. L. Q. C.

---

L I P S I Æ,  
LITERIS CHRISTIANI MICHAELIS.

12

Philos.  
C.  
07,34



EXERCITATIO  
DE  
MODESTIA

Superiorum  
in Academia Lipsiensis  
consensu  
P. P.

M. FRIDRICO GEISLERO  
Renschenborscheno Scholio

DANIEL MÜLLERO, Thurnis-Vario.  
Phil. Baccal.  
H. L. O. C.

LITRIS CHRISTIANI MICHAELIS





a. w.

# Præludium.



Ariora feligere Themata, inter Arcana Disputantium esse, puto. Pauci quippe sunt, qui non aliquam vel Inventionis, vel Dispositionis, vel Elocutionis raritatem affectant. Et quid-

ni? Legentibus scribitur: Legentium etiam consulendū est appetitui, tum aliis tum maximè hōc raritatis condimentō. Quàm negligens autem hujus Mysterii fuerim, proprio iudicio convictus fateor. De **MODESTIA** enim disputaturus sum, Themate, Deus bonè! quàm tritō quàm vulgariō. Certè, qui fortè de *Phœnicibus Arabia, generationibus Basiliscorum, Pelicanis Aegypti, Gryphis scythia Asiatica, & Anseribus Scotia è ligno putrefaëto natis* a differeret, attentius (vel memet (vadente) audiri deberet, quàm qui de **MODESTIA**. Quanquam, nisi me Propositi mei amor fallit, & *præter disputandi etiam vivendi aëtionēs* β attendendæ veniunt, Hæc quoq; Diva est satis

Non rarum aliquod;

Sed notum Thema proponimus de **MODESTIA**.

*Rara avis in terris, nigroq; simillima Cygno, γ aut illi Phœnici Arabico.* δ Puto TE hoc credere, **LE-**

A 2

**CTOR**

\* V. Lansius Relat. de Principat. inter Provinc. Europ. f. 11. β Senec. Ep. 95. §. 10: malumus disputare quàm vivere, γ Juvenal. Sat. 6. v. 164, δ Erasmi adag. p. 616. a.



CTOR; fin minus, adspice tempora & mores. Imò,  
cuius notan nisi grave est, has quoq; leves brevesq; Theses:  
da :

ETYMO-  
LOGIA.

I.  
**V**eneris natales tribuuntur à Poëtis (*spume*): *Modestiae* au-  
tem originem referunt Grammaticorum & asseclæ ad  
vocem *Modus*.<sup>n</sup> quia Modi iusti amans est. Et quia no-  
stris Conterraneis vocatur *Bescheidenheit* / in proparulo  
est, Unde derivetur, & quid indicet; nempe illud *quo circa Ho-  
nores expetendos nos moderatè gerimus* &.

SYNONY-  
MIA.

II.  
Inter alia hoc quoq; placuit ambitioso nostro seculo, ut  
uni infanti plura imponantur Nomina: Errat, qui hoc idem  
contigisse putat virtuti nostræ. Nam in Græciâ est planè *ἀνώ-  
υμος*, ut putes, *Lustricum diem* x cum illâ non celebratum fu-  
isse, aut ex *Atlantibus* λ esse, ubi nulla imponebantur nomina  
propria. Utut enim quandoq;ve *Φιλοτιμία* vocatur; tamen il-  
lud nomen non est proprium; sed, uti *plumæ avis Horatiana*  
u aut *jubar Lunæ* v, mutuatitiam, Vitiôq;ve excedenti magis re-  
ceptum & conveniens. Romanis autem Nomenclatoribus  
vocatur *Modestia*, itemq;ve *studium Honoris Ambientiæ* v vocem  
quidam admittunt; sed dubito, an applaudente S. P. Q. Clasi-  
corum auctorum.

Itemq; ad  
vitandam  
confusio-  
nem.

III.  
Varia profectò est penuria: non enim solùm Nummo-  
rum inopiâ quandoq;ve premimur; sed etiam Vocabulorum.  
Inde illæ querelæ: *plura sunt negotia quàm vocabula!* π Inde et-  
iam

*Cel. Rhodigin. Antiq. l. 29. c. 18. pr. & Isidor. l. 10. Etymol. v. 1080. n quam  
à μέδω & μέουδα j. i perium teneo, curo, deducit Scaliger; alius tamen hebr. מ  
j. metrum, modus, pro radice agnoscantibus. Sed hæc transeant. V. Beeman. Ori-  
gin. p. 657. & V. Prückn. Ech. part. 2. c. 10. i Aristot. l. 4. c. 10. m. x quo no-  
mina imponebantur, puero 9. puellæ 8. die. Rosin. Antiq. l. 2. c. 19. p. 384. B. &  
J. C. Bulenger. de Imp. Rom. l. 3. c. 18. p. 160. λ Plin. N. H. 5. 8. 8. u Cornicula  
vocatur Horatio l. 1. Ep. 3. v. 19 paria de Graculo finxit Phædrus l. 1. fab. 3.  
v Plin. N. H. 2. 9. 16. o Heidecus Phil. Moral. part. 2. p. 649. m. π Ulpian. l.  
4. ff. de prescript. verb. & Aristot. l. 2. Eth. c. 7. pr.*



iam fit, ut, quemadmodum in civitate non adeò populosâ uni  
 Civili plura dantur officia: ita uni vocabulo plures significa-  
 tum functiones deferantur, cujus rei occasione πολυκέφαλοι  
 illi Homonymiarû Cerberi sese offerunt, disputaturo more Her-  
 culis ante omnia in lucem producendi. Quod etiam circa Mo-  
 destie vocem observasse par est.

IV.

Hæc autem Modestie vox

1. Significat *Temperantiam*, uti in hoc Tullii loco: *Eam*  
*Virtutem σωφροσύνην* vocant, quam soleo equeidem tum *Tempe-*  
*rantiam*, tum *Moderationem* appellare, nonnunquam etiam *Mode-*  
*stiam*. Eodem sensu excipienda sunt recentioris scriptoris  
 verba: PERSARUM REGES ante cibum ac potum de Modestiâ,  
 ante sacrificium de Justitiâ, & ante bellû de Fortitudine disputant.

2. Innuit *Verecundiam* Oris, cultus, & Gestuum: quam po-  
 steriorem Sylvarum scriptor vocat *tranquillam morum tem-*  
*periem*.

3. Idem sæpè valet ac *Moderatio* & temperatusq; tam in pro-  
 sperâ quàm adversâ sorte animus, qualem ABDOLOMINUS,  
 & regalis ille Agricola, optat: *Utinam quâ Modestiâ inopiam tu-*  
*li, eâ sceptrum patipossem!* qualem etiam volebat PHILIPPUS  
 cum suo: *Memento te hominem esse;* AGATHOCLES β cum suis  
 fictilibus & Samio luto; PRIMISLAUS γ cum suis ligneis solcis; WIL-  
 LEGISUS δ ArchiEp. Mogunt. cum suis rotis.

A 3

4. Illud

huc spectat illud dictum Atheniensium: Metiochus Pretor est, Metio-  
 chus viarum procurator, Metiochus panes, Metiochus farinam distribuit,  
 Metiochus omnibus præest, Metiochus plorabit. *Plutarch. præcept. reip. ge-*  
*rend. p. 811. F. & Hen. Schæv. Myth. l. p. 205. pr. τ Cie. Tuscl. quest. l. 2. s. 16.*  
*Volaterrani Philolog. l. 32. p. 1175. E. ex Stobæo. & Stat. 2. 6. 50. conf. Quintil.*  
*Instit. l. 5. c. 7. p. 210. Senec. Ep. 40. extr. & V. Lips. Monit. c. 15. l. 2. à p. 354.*  
 & quâ de Val. M. l. 4. c. 1. & L. AEmil. Pauli oratio ad Perseum in Liv. l. 44.  
 c. 8. Lips. Pol. 2. 15. & Monit. l. 2. c. 14. à p. 335. & Barclai Icon. c. 12. p. 386. m.  
 & Curt. 4. 1. 25. & Aelian. hist. var. l. 8. c. 15. Huic par est illa triumphantibus  
 suggesta vox: respice post te, hominem memento te. *Tertull. apolog. c. 33.*  
*conf. Lips. Const. l. 2. c. 26. f. β Auson. epigr. 8. & AEnes Sylvius hist. Bohem. c.*  
*6. conf. Boccalin. Secret. Apoll. Ep. 37. & 73. d Camerac. hor. subcis. Cent. 2. c. 54.*  
 p. 73.

HOMO-  
 NYMIA,  
 quæ varia  
 est, & qua-  
 druplex h. l.

1730  
 1710  
 1700



4. Illud quoque; Modestia nomine venit, cum ob Animi eximiores dotes altius de nobis non sentimus: secuti scilicet exemplum PYTHAGORAE, HERACLITI & JUVENIS, nec non SOCRATIS ad quem argute alludit Pontani & dictum: *Malo videri nescire, quod Socraticum est; quam nihil ignorare, quod Sophisticum est.* Nam satius est si de nobis loquimur, admittere HEINSII quam BUXHORNII Symbolum, i. e. ut cum Thucydide *malimus Imperitiam cum Modestia, quam Peritiam cum Immodestia.* Ut enim Peritia sine Modestia est noxia: ita nihil utilius est, quam si

— *Artem Modestia vincit.*

V.

Præfens & specialior vocis acceptio:

Modestia tandem, ut cum Aequivocationibus inducias faciamus, nobis h. l. idem est ac cupiditas liciti honoris aut frenum *αφιλοτιμίας*: vel, ut certius sententiæ nostræ penetralia renudentur:

VI.

Ipsa DEFINITIO Realis, ubi

*Est Virtus mediocritatem servans circa Honores modicos.* En! definitionem illius Virtutis quam adeo arrisisse video Euripidi, sic exclamanti: &

*Amet me Modestia, donum pulcherrimum Deorum*

*Papa quam pulchra ubique res est Modestia!*

*Et gloriam bonam inter Mortales producit.*

inter Mortales autem? imò etiam inter Immortales, si quid credendum Vologeso Parthorum Regi, cum dicit: *o Modestiae fama nec summis mortalium spernenda est, & à Diis aestimatur.*

VII.

1. Genus.

Per Virtutem & quidem Moralem definiendam esse, vel exinde patet, quia i. ab Usu & assuetudine venit. Quemadmodum

*e. Excerpta Peirescii ex Diodoro p. 240. f. Sarisber. Nugis Curialib. l. 7. c. 4. m. p. 416. & Stobæus Serm. 23. v. 334. m. edition. Francof. de 1581. fol. n de quo videndus Minut. Felix Octavio. p. 12. f. ubi addit: confessæ imperitiæ summa prudentia est & lib. 4. Progym. 7. p. 830. f. conf. elegantiss. locum lib. 2. progymn. 85. p. 388. b. i Quantum est quod nescimus! Vid. Meursii Athen. Belg. l. 2. Icon. 29. p. 209. x Quantum est quod scimus! λ lib. 3. p. 194. B. sub personâ Clementis. μ Statius l. 3. Sylv. 5. v. 67. v Cl. & Excell. Thomæ Phil. Pract. Tab. 19. & ap. Stobæum Serm. 5. p. 112. o referente Tacit. Ann. 15. 2. 4.*



dam enim edificando fiuntedium edificandatum artifices, & fidi-  
bus cavendo fidisines: Sic frequentius modesta agendo reddi-  
mur modesti. 2. est *ἔξις ὑπομελέτης*, seu, habitus iudicio men-  
tis & electioni voluntatis innixus.

### VIII.

Mediocris vocis Definitioni adaptata suggerit primū Differen-  
tiæ membrū: alterum enim *Objecto*: tertium *propriis huius Vir-*  
*tutis actionibus* absoluitur. Quis autem non videt, *Medium* non  
*τοῦ Πράγματος*, sive Arithmeticum; sed quod est *ὑπὸς ἡμῶν*,  
& Geometricum hoc loco sublinui? Uti enim alibi ad Lo-  
corum, Temporis & Personarū circumstantias, tanquam ad *py-*  
*xideculam aliquam, nauticam* nostrarum ( si non invitā Medio-  
critatē fieri debent ) Actionum respicimus: Sic etiam idem hīc  
observasse æquum & salutare est.

### IX.

Verfatur Modestia circa Honores eosq; modicos & me-  
diocres; ut inde patefcat, quantum nostra Diva distet à ME-  
DEA Ovidianā, v. cuius hoc est Propositum:  
*non magna relinquam,  
Magna sequar.*

### X.

Quæris quomodo circa illos Honores modicos, & non  
tam aliis quam sibi exhibendos sese gerat Modestia? Cupit &  
appetit. Trahimur enim omnes tanquam occulto Magnete ad  
templum Honoris: ne temerè invenias Mortalem, qui, ubi ho-  
noris res agitur, tam insensilem se præbeat quam *Xenocrates* φ  
*apud Pbrynem*: Inde Honor & Gloria Poëtæ vocatur x  
*Fax* ( & quidem ) *mentis honestæ.*

### XI.

Il'la ipsa autem Cupiditas ( quæ hætenus se habet ut Af-  
fectus aliquis indifferens ) postquam *Objecto* Externo, scil. Ho-  
noribus minoribus excitata est & quasi portu solvit, gubernaculo

π *Arist. Eth. l. 2. c. 1. circ. m. conf. Plutarch. in libro: An virtus doceri pos-*  
*sit. p. 439. B. e. V. Comment. ad Arist. Ethic. l. 2. c. 6. σ V. Aristot. Eth. l. 2. c. 6.*  
τ *quæ de Lansius pro Italia. p. 699. f. v. Metam. l. 7. fab. 1. v. 55. φ idēō sta-*  
*ua dictus. Laert. l. 4. c. 2. p. 257. A. Val. Max. 4. 3. 3. x Silius Ital. l. 6. v. 328.*

2. Differen-  
tia sumta ab  
objecto  
Tam For-  
mali,

Quam Ma-  
teriali, &  
quidem  
vel Externo

vel Interno

vel Medio  
quod porro  
ostenditur



culo rectæ Rationis dirigitur, unde non secus ac apud *Nautas*  
↓ qui vela modò explicant modò contrahunt, modò dextror-  
sum modò lævorsum cogitant, variæ emergunt actiones, ita ut  
pro re natâ Honorem modicum ambiamus, accipiamus, susti-  
neamus; vicissim etiam recusemus & deponamus, uti mox plu-  
ribus dicitur. Ea enim est *sub Virtutis Imperio licentia*, ut tam  
*Contraria quàm Contradictoria* exercere fas liberumqve sit, cū  
contrà, si Vitiorum lenocinia sequimur, vel ad excessus *Charyb-  
dim vel Scyllam* defectus miserè hæreamus.

in Modesti  
actionibus  
variis, Ho-  
nores modi-  
cos  
æ. appeten-  
tis, efflagi-  
tantis; non  
ementis.

## XII.

Modesti characteres & officia hisce præter propter absolvi  
posse statuimus:

1. Ambit & accipit justè rectèqve Honores. *Non enim alie-  
num est à dignitate Viri Boni veros dignè rectèq, appetere honores.*  
β) appetere, inquam: nam qui redimit honores, cadit in crimen  
Ambitus vel Simonix turpissimum. Sed redimuntur Graduum  
Academicorum honores? ita vulgus cavilatur cum mentem  
& pudorem ejuravit. Licetne autem Viro Bono honorem de-  
bitum, sed non oblatum, convenienter & cum intentione divi-  
næ gloriæ publicæqve salutis efflagitare? ð omninò prorsus.

## XIII.

β. repudian-  
tis, vitan-  
tisq;

Videas etiam 2. repudiari Honores: Si scil. 1. ad eos *ascenden-  
dum est per alterius incommodum & calamitatem*, itemqve per  
fraudem, vim, similesve casus 2. Si sunt justo majores. adde  
quod etiam Reipublicæ intersit, castigandi intra certos termi-  
nos honores? 3. Si *currendo potius quàm reptando* accedunt,  
noluntqve *tardâ cum securitate properare* 4. Si dignio-  
ri & præstantiori conferri possunt. Nam quod dea Eris cum  
suo aureo pomo observari volebat, ut *acciperetur à pulchriori*,  
idem

↓ V. Senec. de tranquill. c. 3. §. 40. & hac ex ore & chartis Præceptoris Vene-  
randi Cl. Thomasi, quem br. vid. Phil. Pract. Tab. 4. & 7. & alludi-  
tur ad monitum Circeæ ap. Homer. Odys. 7. β V. Heider. Part. 2. Eth. p.  
641. & 630. γ V. Prukner. Eth. part 2. c. 10. p. 58. & alii ð Spengler. Exer-  
cit. Eth. 8. Art. 1. §. 3. & Cic. pro Sext. Rescio §. 83. § Prator. Theatr. Eth.  
part. 2. sect. 10. §. 10. & J. h. Raven. ad Neot. 1. 6. 2. & Plin. 1. 9. ep. 26. &  
Tacit. Annal. 3. 66. 6. de Brutidio Nigro, & Nat. Comes Mythol. 1. 6. c. 23. p. 663.



Idem etiam circa honores fieri vult conceditq; modestus. Hinc tantæ cum *aureo tripode*, <sup>n</sup> quis tandem acciperet, trepidationes. M. CATO quodq; *summum à militibus imperium sibi delatum honoratiori cessit*. <sup>λ</sup> Si hoc illi circa summum imperium & decumanum honorem integrum fuit, quidni circa minorem? nec opus est ut dubitemus: <sup>μ</sup> Nonne cum *Vatinio* pessimo civi in Præturâ adeundâ cessit, satis indicavit, se etiam in mediocri honore digniori cedere velle.

XIV.

Cæterum hoc per se patere puto, Repudium illud honoris nec temerarium debere esse nec simulatum & subdolum. Sed non temerè aut in tale tamen deprehendimus in TIBERIO, Romanæ purpuræ speciem tantum. Candidato. Deus bone! quam laboriosè adornat sua verba, quàm bellulè differit *de Magnitudine imperii & suâ Modestia*; & sed tam obesæ naris non est Tacitus ut non odoretur hanc vulpeculam: *Plus, inquit, tandem, in oratione tali dignitatis quàm fidei erat.*

XV.

3. Modesti pectoris est Honores sibi debitos suscipere, & in susceptis acquiescere: imò, si ita res fert, deponere aut inhibere. Nam & hoc quibusdam temporibus *magna prudentiæ est, nosse suam occultare famam, & honorem, ne invidia oculos nimis laceffat, quasi sub cineribus abdere.* <sup>ν</sup> Hinc nihil argutius ingeniosiusq; quàm verba quàm sensum poterat de L. QUINCTIO CINNATE dicere Florus <sup>ξ</sup> quàm hoc: *Expeditione feliciter finitâ, rediit ad boves rursus Triumphalis Agricola.*

XVI.

Modestiam à fororiante Virtute nempe Magnanimitate differre certum est. Illa enim, ut cætera taceamus, versatur circa Modicos, hæc circa Magnos honores. Dicis: omnis honor, qui virtuti habetur, est magnus. Respōdeo: Benè se habet, quam diu Absolutè loquimur: Sic etiam *Tityro Virgiliano* Mantua tam diu magna videbatur, quam diu cum Româ non

B

compa-

<sup>ν</sup> *Laert* l. 1. c. 1. p. 19. seq. <sup>λ</sup> *Vellej.* 2. 54. 3. <sup>μ</sup> *Lipsius monit.* l. 1. c. 7. §. 4. p. 104. <sup>ξ</sup> *Tacit.* *Annal.* l. 1. c. 11. §. 2. <sup>ο</sup> *Ibid.* §. 5. <sup>ς</sup> *Bocalin. Secret. Apoll.* Ep. 171. p. 346. <sup>π</sup> *Saavedr Symb.* 10. p. 79. & 76. <sup>ε</sup> *Floru.* 1. ii 14. <sup>σ</sup> *Bucolicis Eclog.* 1. v. 20. seq.

<sup>δ</sup> Discrimen inter Modest. & Magnan.

<sup>γ</sup> suscipientis & refrangentis pro re natâ & ævo.



comparabat. Nam honor cum honore comparatus, saepe vel major vel minor erit. At quaeritur: annon honorum aequalitas sit introducenda? Respondeo: si ratio ne 1. virtutum & diligentiae. 2. nativitatis 3. Sexus 4. ordinis politici cum poetâ exclamare possemus:

— nunc sumus ergo pares, &

tunc etiam ratione Honorum commodè paritas admitti posset. Sed dubito etiam nū an POMPEIUS v. Vellejanus (& qui illi similes sunt) idem concederet. Quid ille? *Non ferre parem: sicut Caesar non superiorem.* φ

XVII.

Contraria:  
in Excessu  
AMBITIO,

quæ satis  
frequens

& stipata  
aliis vitiis.

Non sufficit Poëtis & *Dedali* medium-tenentes volatus ad-umbrare, etiam de *Icari* insolentibus progressibus canere volunt: Eâdem methodo nobis, postquam de *aureâ mediocritate* & quædam diximus, progredi licebit ad Excedens Vitium, quod vocatur *Φιλοτιμία*, latinè autem [nam græca vox non terret adeò] *Ambitio*: in cuius monstri naturâ describendâ satis solertem se præbet CL. DÛRARIUS, ω qui videri potest. Quamvis non adeò opus esse videatur, ut hoc vitium operosius describatur: satis notum est in suis (ut Logici loquuntur) Concretis & exemplis. Ne illa refricem quæ apud nitidissimū Galliae historicum GRAMONDUM ω hinc inde extant, adduco modò ANNONEM β illum, qui tam luculenter in hoc profecit vitio, ut, spreto nomine Hominis, affectaret ope & subsidio quarundam avicularum nomen Dei.

XIIX.

Cæterum huic vitio multas videmus Pedissequas esse: Jactantiam, stultas Aemulationes, Detractiones, Suspiciones, Livorem, Rixas, & quid non? comprimis autem illius instin-

ctu fit,

τ *Martial.* l. 1. epigr. 18. v. *V. Vellej.* 2. 19. 5. & 2. 33. 4. φ *verba sunt floridiss.* *Flori* 4. 2. 14. & *Ovidius Metam* l. 8. *Fab.* 3. & *Strabo* l. 14. p. 639. *A. edition.* *Casaubon.* & *Horat.* l. 2. od. 10 v. 5. ω *Institut. Eth.* Part. 3. sect. 2. c. 6. 5. 7. & *V. de Marchione d' Ancre, Francie Marescallo.* l. 2. p. 167. seq. *Et hujus successore Duce Luyneo, Francie Comestabulo* l. 2. p. 170. seq. *Nec non de Duce Fridlando* l. 4. p. 265. & c. β *Ælian.* l. 14. c. 30. *Hist.* *Hic autem Hanno s. Aulus vocatur à Scholiaste Dionis, Apsephan, V. Causin. Symb.* 62. l. 4. p. 185.



Et fit, ut Mortales falsifiant: aliud clausum in Pectore, aliud in  
Lingua promptum habeant: amicitias inimicitiasq; non ex re, sed  
ex commodo aestiment: & sic (ô sincera & in cautelam nata data-  
q;ve verba!) magis vultum quam ingenium bonum habeant v.

XIX.

In Defectu peccat ἀφιλοψυχία, vitium quod honorem, quo  
digni sumus & quem honestè suscipere possumus, vel repudiat vel sar-  
tum tectumq; non servat. δ Hic vapulant illi qui debitam hono-  
rum prærogativam & privilegia ad se ac Rempubl. spectantia  
non tuentur: Illic verò occurrunt ii, qui nescio quâ animi par-  
vitate capti seipsos meritorum honorum indignos procla-  
mant. Talem putant fuisse AMMONIUM • Origenis discipulum,  
qui ad Episcopatum Ecclesiæ Alexandrinæ vocatus dextram  
aurem sibi abscidit, ne vocationi parère cogeretur.

Defectu IN-  
AMBITIO-  
SITAS

XX.

Ut exinde concludamus, plerisq; si non placuit Mode-  
stia, placuisse Ambitionem, paucorumq; exemplorum hic & in  
Defectu deprehendenda esse vestigia. Apage enim DIOGE-  
NEM CYNICUMq;, qui omnia potius fuit quam inambitiosus;  
Sed loquuntur pro hoc ejus cognomen & facta? Et hæc ambi-  
tiosa. Contempsit, ut callidus ingeniorum speculator Plato di-  
cebat, Fastum; sed alio Fastum. Quæritur, an hic locum habeant  
illa nostratum blandicella verba, quibus Prætorum & Ma-  
gnatum loco alios habent; se autem ferè in numero censuq;  
Lixarum & Servorum? Respondeo: verborum delicia, quæ  
ita ad morem modumq; seculi & conduntur & condiuntur, ta-  
le quid redolent; non autem actiones. Nonne etiam PAPAE  
mos est sic ludere, cum, ( quasi imitaretur exemplum Salvato-  
ris, qui

quæ tamen  
rarior est,

v Sallust. Catilin. c. 10. Conf. Lips. Polit. 1. 6. 10. & Becler. ad Lips. Polit.  
dissertat. c. 3, p. 21. δ Heider. Part. 2. Ethic. p. 656. ε Histor. tripartit. Cas-  
siodori l. 8. c. 1. ζ V. Apulei Apolog. p. 288. & comm. Dan. Bartoli in de-  
fension. Eruditor. part. 1. c. 3. p. 41. seq. & Part. 2. c. 8. p. 252. Laert. 6. 2. v Idem  
Laert. l. 6. c. 2. p. 381. B. & V. nitidissimam meditationem Gygis Galli à Petro  
Firmiano (vel potius Petro Lexoviensi, Capucino Monacho) editi, discurs.  
22. p. 287.



ris, qui *Formam (servi sumpsit)* Nomen *servi servorum* & sumit  
Nomen scilicet: Reipsa enim tantum a servo distat

— & quantum distant à Tigride Gades,  
Inter se Tanais quantum, Nilusq; relinquunt.

Adeoq; Papa omnesq; hujus commatis homines, qui se Servos  
Slavosq; officiosos venditant, pertinent ferè ad classem Rela-  
torum, quæ apud Dialecticos  $\mu$  talia sunt *secundum Dici, non*  
*secundum Esse.* XXI.

4. ipsa Mo-  
destra ad  
hanc potius  
vergente.

Adductis Extremis ostendendum est quomodo Virtus seu  
Medium ad illa se habeat. Dicimus autem, Virtutem hic potius  
ad Defectus quam Excessus limites vergere. Adeoq; Homi-  
num naturæ igneæ & superna appetenti, hic potius *Aristotelis*  
*frena quam Xenocratis calcaria* convenient, meliusq; erit pau-  
lulum  $\epsilon\lambda\lambda\epsilon\iota\omega\epsilon\iota\nu$  quam  $\pi\lambda\epsilon\omicron\nu\acute{\alpha}\zeta\epsilon\iota\nu$ , j. deficere quam excedere,  
uti Isocrates o. monet.

Tuba Ter-  
minalis.

Bonum monitum / illius memores concludimus, certi, præ-  
stare & hic quoq; breviorum quam prolixiorum esse. Ut  
enim hoc Magnificentia: Sic illud convenientius  
videtur esse **MODESTIÆ.**

COROL-  
LARIA.

1. *Odores nec satiant nec nutriunt.*
2. *Ecclesiastica personæ à functionibus politicis non sunt planè  
arcende.*
3. *Ad Prognostica Politica plus requiritur quam Novellarum  
( ut vocant ) lectio.*
4. *Ut olim Romani; Sic nunc Turci Gallorum nomen tanquam  
fatale sibi timent.*
5. *Ex his Caroli V. litteris: Nos Carolus V. Imp. mandamus  
Tibi Carolo Archid. Austriæ, concludimus, non adeò ab-  
sonum esse, ut quis sibi ipsi aliquid mandet.*

*Epist. ad Philipp. 2. v. 7. & hunc titulum didicerunt à Gregorio M. (alii Da-  
mascum nominant) qui eo ipso voluit retundere superbiam Johannis Constantino-  
politani Patriarchæ, Universalem Episcopum se vocantis V. Paul. Diacon. l.  
4. c. 1. & quos citat Zeilerus Cent. 2. Ep. 81. p. 507. m. & Claud. Paneg. de 4. Con-  
sulat. Honorii v. 43.  $\mu$  V. Hornej. Inst. Log. l. 2. c. 22. & Platonis vox de Aristote-  
lis velociori, & Xenocratis tardiori ingenio, ap. Laert. l. 4. c. 2. p. 256. Idem dicit  
Aristoteles de Theophrasto & Callisthene ap. eund. l. 5. c. 2. p. 326. Et Isocrates  
de Theopompo & Ephoro ap. Ciceronem de Orator. §. 36. o Isocrates ad Nicoclem,  
p. 185. Cic. Oratore §. 73.*

Δ. Τ. Θ.

